

Geschichte der Grundherrschaft Echternach im Frühmittelalter (Ed. Wampach) Nr. 119

Ego in Dei nomine Norpertus tam pro Dei parte quam pro anima fratris mei Nortgaudi dono ad ecclesiam sancti Willibrordi, que est constructa in pago Bedense, mansum I in loco qui dicitur Gandringen una cum casis, et in alio loco qui dicitur Goncingen cum terris, campis, pratis, pascuis, silvis, aquis aquarumve decursibus et quicquid ibi visus sum habere. Si quis vero de heredibus meis – ut supra. Actum anno XXVIII regnante Karolo rege.